

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

20. De adolescente diuite. Matt. 19.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

VÆ

umimi-
ficiis
econci-
xilio d.
cere d.
ionem
sicut in-
nis, sicut

barjex
antern-
est exsy-
in 16ga
fendedi
o Chri-
ho hono-
rias no-
as vero
dera, cū
isti que-
ceperis
contra-
turum,
m.
Tu m.
Dom-
: Credo
Confir-
dera

DE VITA CHRISTI DOM. 379

dera IESVM ideo manifestasse aperte se esse filium DEI, (quod & Samaritana fecerat,) ut doceret omnes pios, qui magnas afflictiones propter Christū subeunt longe Christo esse cariores, & ideo plura & maiora beneficia Christum illis conferre, quam aliis qui earū sunt expertes 2. Considera Christum quæsiuisse cæcum, & tandem inuentum rogasse, num crederet in filium DEI? ut discas, DEVM ne minimum quidem opus nostrum bonum irremuneratum relinquere, sed statim gratiam suam nobis offerre, ut ad perfectionem viæ Christianæ perueniamus sed quia nostram cooperationē requirit, idcirco quætit à cæco, an credat in se. Et quia verè & perfectè credidit, ideo & opere mox declarauit, adorando illum.

MEDITATIO XX

De adolescenti diuine. Matt. 19. Marc.
10. Luc. 18.

CHRISTVS adolescenti roganti, ut pos-
sit saluari, respondit. Serua mandata,
nam autem addidisset, si vellet perfectus esse,
bona sua daret pauperibus, abiit tristis.
Confi-



Considera Christum primo iuueni rectasse præcepta & tabulæ, deinde consiliū, ut diceret nos, si ad perfectionem via Christianę cōtendamus, opus esse, vix nos exerceamur in operibus ad caritatem proximi spectatibus, quæ sunt propriæ actiuar. Deinde, vt intelligeremus non esse semper securos de salute, si praepara seruemus, quæ iuuenis ille seruans & id contendere debere ad maiorem perfectionē, ac longius in cursu virtutis progressi, exemplo sagittariorum, qui viforum valde remotum attingat, arcu pa-
lo altius attollunt. 2. considera, hunc iuuenē, licet magno desiderio salutis tene-
retur (nam flexis genibus petuit instrumen-
ta est, resiliisse, id enim multis aliis piis &
deuotis contingit, qui vbi prospere illis
omnia fluunt, nec quicquā aduersi in ho-
nore, & corporis cōmodis patientur, sive
nue Deo seruunt, at vbi pati aliquid ce-
rint, ab amore proprio victi, languescunt.

Tunc I E S U S. *Quam difficile est diuinum intreire in regnum Dei. Facilius est cam- lum per foramen acus transire. Tum dispu- li Quis ergo poterit saluus esse? Et Christus Impossibile est apud homines, sed non apud*

D E V M



DVM. Considera mirandam hominum
excitatem, qui cum sciant non à Salomo-
ne, sed æterna Dei sapientia hanc prola-
tam de diuite sententiam, inhiando opis-
bus, in tam apertum salutis discriminem se-
conuiciant. De diuite epulone, certe Scri-
puta nullam aliam damnationis affert
causam, quam quod habuerit multa bona
in vita sua. *Fili*, ait Abraham, *recordare*, *Lue.*
qui acepisti multa bona in vita tua, & *ideo* *16.*

unde cruciaris 2. considera, cur Christus
dicat impossibile esse apud homines, ut di-
ues saluetur. nempe quia generatim lo-
quendo omnes homines avaritiae fere stu-
dent à minore usque ad maiorem, ut pro- *15.56.*
phetæ loquuntur, & loquitur Aposto- *Ier. 6.*
lus, *Omnis qua sua sunt quarunt, non qua*
les v Christi. Deinde, qui a qui volunt *Phil. 1.*
quiescunt fieri, eodem teste, in cidunt in la-
quum diaboli, & desideria multa inutilia *1. Tim.*
6.
& nocuia, que mergunt hominem in interi-
um, & perditionem. Apud Deum autem
possunt salvi fieri, qui diuina gratia muni-
tionis student avaritiae, & amicos faciunt
de mammona iniquitatis pauperes.

Et Petrus. *Ecce nos reliquimus omnia, 3.*
quid ergo erit nobis? Cui Christus. Sedebitis
necum super sedes 12. iudicantes tribus Israhel:
imò

382 MEDITAT. RESIDVÆ

in quo quot reliquerunt omnia, propter
centuplum accipiet hic, & postea vocationi.

3. CONSITERA, cur cum Petrus & ali
Apostoli tam pauca reliquerint, neme
pauperes pescatores, ramen tam magni
cum præmium Christus illis promittat.
Nempe quia non solù facultates suas, pa
rentes, amicos & patriam reliquerant pro
pter regnum Dei sed etiam affectum adul
la, ac cupiditatem plura habendi, deinde
reliquerant seipso, suamque voluntatem,
eam subiicientes alterius voluntati & ob
dientiæ. Et ideo voluit Dominus eos quo
que esse de mercede securos, ut q[uo]d in de
iudicii essent secum futuri iudices totu
mundi. 2. Considera, quā conueniens fue
rit eos esse aliorum iudices, qui tam boni
fuerunt iudices sui ipsius, & verorum bo
norum, vt qui scirerūt paupertatem opib[us],
crucem voluptatibus seculi anteponen
dam, maximē autē debebant esse iudic
eribuum Israhel, id est, iniquorum iudic
in Iudæa, à quibus Apostoli erant in multis
flagellati, & omni dedecori effecti 3. con
sidera, secundum responsum Christi in o
mnes fideles quadratas, esse illud, quod to
ti mundo persuasit contemptum mundi,
quod compleuit monachis deserta, & mo
naste.

DE VI
nasteria,
sibi & reg
pro defe
plū illud
le maiori
mundan
mo deser
tes, don

M E
De sa
C H
agr
dentius f
tham & M
tiores re
danem a
infirmati
primo cu
peccata
de vti or
ista; qua
tas, dice
ilud; Qu
diciis sc
benefici
Christu
tur cum

nasteria, quod omnes docuit vim inferre
sibi & regno cœlorum Hi enim sunt, qui
pro desertis voluptatibus seculi, centu-
plū illud quotidie experuntur, id est, mil-
le maiores voluptates spirituales, quam
mundani; pro vno patre, matre, fratre, do-
mo deserta, habent centum patres, ma-
tues, domos.

M E D I T A T I O XXL

De suscitate Lazari. Ioan. 11.

CHRIStVS, audito nuncio de Lazari
agrotatione, per biduum substitit, vt eni-
dentius foret miraculum. Considera, Mar-
tham & Mariam sorores per nuncium cer-
tiores reddidisse Dominum tunc vltra Ior-
danem agentem, dicētes. Ecce, quem amas
infirmatur. vt discas in omni aduersitate
primo curare, vt recōcilieris Deo, ne forte
peccata tua causā dederint morbo. dein
devti oratione plena resignationis vt est
ista; qua nihil petas, sed omnia Deo cōmit-
tas, dicēdo. Ecce quem amas, patitur hoc vel
illud; Quod enim me ames, certissimis in-
diciis scio ex sanguine pro me fuso, aliisq;
beneficiis mihi collatis. 2. Considera, cur
Christus biduum in eodem loco more-
tur cum tanto optimarū sororum dolore,
& finat